

tris ligatum esse. Quod tota malitia specifi-  
ca superaddita conlurgat ex voti fractio-  
ne (vt numero. 30. probauimus.) & quan-  
uis votum ordinibus sacris annexum sit fo-  
lemne, non differt tamen à simplici per se  
& essentialiter: sed ex sola Ecclesie con-  
stitutione, & accidentaliter, quia Ecclesia  
cõstituit, per id votum dissolui matrimo-  
nium, vt probauit numero. 17. & 18. Quare  
nullam aliam malitiam specificam repe-  
tio, quam in voti simplici fractione: nec  
auget ea circumstantia notabiliter (vt nu-  
mero præcedente declarauimus.) Nec Ec-  
clesiam irritasse matrimonium postea ini-  
tum, constituit nouam circumstantia nec-  
cessariò fatendam (vt probauit disputat. 5.  
numero. 16.) Hoc est contra Manuelem  
allegatum, numero. 22. & contra Petrum  
de Ledesma, numero. 23. relatum, dicen-  
tes non sufficere explicare votum castri-  
tatis. Sed ita docent S. tunc de voto qua-  
stion. 4. numero. 28. Henriquez lib. 5. de  
penit. cap. 5. numero. 6. commento, lita-  
ra. G. in fine.

33 Adde idem esse dicendum, licet forni-  
cans sit Episcopus, non enim tenetur E-  
piscopatus circumstantiam fateri. Quod  
(vt probauit numero. 7.) nullam aliam obli-  
gationem ad castitatem habeat, quam ra-  
tionem voti annexi ordini sacro: vnde eius-  
dem rationis est fornicatio Episcopi, ac  
fornicatio cuiuscunque in ordine sacro  
constituti. Hoc est contra Petrum de Le-  
desma allegatum, num. 23. Et ideò hanc  
sententiam dicit forè esse veram Palacios  
numero. 31. allegatus. Et tenet Henriquez  
numero præcedenti relatus. Addit bene  
Palacios ibidem, nec prælatum religionis  
fornicantem teneri prelationis circumstan-  
tiam fateri, sed solum se professum esse:  
ob eandem rationem. Ex quo infero for-  
nicationem Episcopi nondum consecra-  
ti, sed tantum electi, & confirmati, nec  
sacro ordine initiati, non excedere mali-  
tiam simplici fornicationis, nec contine-  
re circumstantiam necessariò fatendam.  
Quod nulli obligationi speciali ad castita-  
tem aduerletur. Rursus infero, illi Epi-  
scopo consecrato satis esse fateri, se con-  
tra votum castitatis deliquisse, vt numer.  
præcedenti diximus de sacerdote. Et doc-  
cet Henriquez ibi allegatus. Et id apertè  
probat ratio adducta. Sunt tamen hæc ac-  
cipienda, nisi fornicatio illa ab Episcopo,  
aut à religionis prælato admilla, ita publi-  
ca esset, vt scapalium pareret: tunc enim

aduersus specialem officij obligationem  
delinquerent, qua tenentur subditos non  
solo verbo, sed ex iplo pacere: atq; ad e-  
specialis malitia ex status, ac officij circũ-  
stantia, contraheretur; eaq; necessariò faten-  
danda.

34 Quinta conclusio. Si fornicetur religio-  
sus Societatis Iesu, solis votis biennij, aut  
coadiutoris temporalis, aut spiritualis: sim-  
plicibus ligatus, nõ tenetur se religiosum  
esse explicare: sed satis est, vt votum castri-  
tatis explicet. Constat ex dictis numer. 27.  
ibi de professio id diximus. Præterea, quia  
si dicas statum religiosi, in quo illi per ea  
vota verè & proprie constituitur, esse lon-  
gè perfectiorem statu sacerdotis in seculo  
(vt docet D. Thom. 2. 2. question. 184.  
art. 8.) atque ita ratione status augeri mali-  
tiam. Id vtiq; fatebor, at id augmentum  
non est adeò notabile, vt circumstantiam  
necessariò fatendam constituat. Quoniam  
peccata religiosi non variant speciem, nisi  
voto aduerlentur, vt docet Caiet. 1. 2. q.  
7. art. 1. paulo post principium. Nauar. cap.  
consideret, in principio num. 50. de pre-  
nit. d. 5. & summ. cap. 6. Hispanè num. 11.  
Latine numer. 13. qui in vtroq; loco addit,  
nec eam status circumstantiam esse nec-  
cessariò fatendam. Et ita hanc conclusionem  
docet Henricus lib. 5. de penit. cap. 5. num.  
6. in commento, litera. G. Probabile tamè  
est teneri circumstantiam religionis expli-  
care, tamquam notabiliter agrauantem, vt  
numer. 27. dixi de professio, fornicante.

35 Ex dictis deducitur, qui expressè fecit ea-  
stutatis votum, ac præterea in iuratus est sa-  
cro ordine, & emisit simplicia vota in So-  
cietate Iesu, per quæ redditur verus reli-  
giosus, si fornicetur, satis eum fateri, si di-  
cat se contra votum castitatis peccasse. Quia  
omnia ea vota non essentialiter differunt à  
voto simplici. Nec votorum multiplicatio  
efficit, vt ea sit necessariò in confessione  
detegenda (vt probauit. n. 25.) Et ita docet  
Henricus. no. præcedenti allegatus.

36 Secundo deducitur, professum, qui se  
non habiturum molliorem vovit, & trans-  
gressus est, satis fateri se professum in dica-  
do, tacito eo voto. Quia voto castitatis e-  
misso in professione ad idem tenebatur,  
nec multiplicatio votorum nouam affert  
malitiam. Sic Llabasin methodo curatio-  
nis animarum. p. 3. c. 4. §. 3. Et idè dicen-  
dum est de clerico in sacris constituto, vel  
religioso Societatis Iesu nondum profes-  
so, aut iam professio, & de quocunque alio

qui

qui votum castitatis fecit, imò & his om-  
nibus, satis erit dicere, se contra votum ca-  
stutatis, aut contra votum non pollucendi  
se, deliquisse. Quia in ijs sola malitia frac-  
tionis voti reperitur, quòd enim aliterum  
sit tolemne, alterum vero simplex est sola  
differencia accidentalit. Et licet votum ca-  
stutatis plura contineat, quæ abstinentiam  
à peccato molliciei: at dum violatur sola  
mollicie habita, non amplius violatur, quã  
si esset votum solius abstinentiæ à molli-  
cie. Si tamen is ultra molliciem, admitteret  
aliud peccatũ in ea, castitati aduerlum, vt  
delectationis morose in fornicatione cogita-  
tione, aut concupiscentiæ ipsius, aut tactũ  
cum tertia persona, non sat esset explicare  
votum abstinentiæ à pollutione, sed aut si-  
mul esset votum castitatis explicandum,

aut solũ id castitatis votum: quia in pecca-  
to adiuncto non explicaretur circumstan-  
tia violationis voti.

37 Sexta conclusio. Si initiatus sacris, aut  
professus, aut qui alias votum castitatis e-  
misit, iurando se astringat ad castita-  
tem, non satis fatebitur fornicationem, de  
clarans professionem, ordinem, votũ, aut  
solum iuramentum explicans, sed cum ali-  
ijs vinculis tenetur iuramentum fateri.  
Quòd sine diuersa rationis vincula neces-  
sariò in confessione detegenda, vt probauit  
num. 26.

38 Ex dictis. n. 27. & n. 28. constat satis pro-  
babile esse sacerdotem professum satisfac-  
teri si se sacerdotem aut voto ligatũ dicat.

39 Ad argumentum propositum, nu. 17. constat  
ex dictis, non necessariò fatendam esse  
circumstantiam, quæ fatenda est, si quis  
dicit, se contra votum castitatis peccasse.

## DISPUTAT. VIGESIMO OCTAVA.

Vtrum sacer ordo dirimat matrimonium subsequens: & quo  
iure?

## SUMMARIUM.

Proponuntur textus probantes matrimonium  
contractum post sacrum ordinem, nõ esse  
irritum, nu. 1.

Est irritum, nu. 2.

Nunquam licuit in Ecclesia initiatis sacro or-  
dine, matrimonium inire, nu. 3.

Græcus saceris initiatus non potest mortua vxo  
re aliam ducere, nu. 4.

Quid differat inter Ecclesiam Latinam, & Gre-  
cam, quoad matrimonium ante ordines sa-  
cros inire, nu. 5.

An peccent Græci in sacris constituti, vntes  
matrimonium antea inire, nu. 6.

Soluuntur argumenta. Et explicatur, c. diaconi  
d. 28. cap. quoniam, & cap. aliter. d. 31. &  
an canonis sexta Synodi, quos vocat Trul-  
lanos, sint authentici, nu. 7.

Quo iure sacer ordo matrimonium postea cõtra-  
ham dirimat? Explicatur quid differat inter  
hanc questionem, & illam, an sit annexa ordi-  
ni castitatis iure diuino, nu. 8.

Referuntur duplex sententia, nu. 9. & 10.

Proponitur sententia Aulhoris, nu. 11.

An ordo sacer iure naturæ, impediatur matrimo-  
nium subsequens, licet id non dirimat? nu-  
mer. 12.

Episcopatus, quo iure dirimat matrimonium sub-

sequens: & quid, si is Episcopus nondum sit  
consecratus, nec ordinis sacris, nu. 13.

Soluuntur argumenta, nu. 14.

37 Duplicem petit questionem dis-  
putatio præsens. Alteram, an or-  
do sacer dirimat matrimonium  
postea inire, alteram, quo iu-  
re. Et circa priorem questionem, videtur  
pars negans vera. Primò, ex canone. 6. A-  
postolorum, ibi. Episcopus, aut presbyter  
uxorem propriam nequaquam obtenta religio-  
nis abiciat. Secundo, ex concilio Gangren-  
si, canone. 4. ibi. Quicumque discernit à pres-  
bytero, qui uxorem habuit, quòd eon oporteat  
eõ ministrante de oblatione percipere, ane-  
thema sit. Tertio, quia Stephanus Pontifex,  
& referunt cap. aliter. d. 31. ait in Orienta-  
li Ecclesia Clericos matrimonio copulari.  
Nec eum morem reprehendit. Quarto,  
quia. D. Aug. lib. 15. de ciuit. del. cap. 16.  
Et referunt cap. vnic. 55. quæst. 1. ad finem,  
verũ illud autẽ, sic ait. Ecclesiæ apostoli-  
cæ instituta, quadam consilia perfectionis ad-  
dit: vt potè de cõtinentia ministrorũ. Quintò,  
ex. c. diacon. 28. d. quod est ex Synodo An-  
cyrana. 10. ibi. Diaconi quecumq; cum ordi-  
nantur, si in ipse ordinatione professi sunt,  
dicentes, velle se habere uxores, nec posse cõtra-

nere,

neri, si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio: propterea quod eis Episcopus licentiam dedit. Et confirmatur, quia si dicas hanc Synodum esse provinciali: est postea approbata a Leone. III. & refertur cap. de libellis, d. 20. ac proinde habet auctoritatem Pontificiam. Tandem, quia in in. 6. Synodo, canone. 13. & refertur cap. quoniam dist. 3. sic habetur, Nos antiquum canonem Apostolicum perfectionis servantes, hominum qui sunt in sacris, coniugia deinceps ex hoc temporis momento, firma, & stabilia esse volumus. Quos canones Adrianus Pontifex postea recepit, ut habetur, cap. sexta d. 16. ibi. sextam Synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis. Et amplius in eo canone reprobat mos Ecclesie Romanae interdicentis matrimonium clericis conflictus in sacris. Constat ergo ex his omnibus non esse irritum matrimonium contractum post ordinem sacrum.

Ceterum veritas Catholica est, per ordinem sacrum dicitur matrimonium postea initum. Id enim definitum est cap. 1. & 2. qui clericus, vel volentes. Et cap. unico, de voto, in 6. & cap. vi. lex. 27. quæst. 1. quod est Innoc. 2. Idem definiunt Nicolaus Pontifex, & Alex. 2. quorum decreta referuntur cap. nullus nullam, & cap. præter hoc dist. 32. & sexta Synodus cap. 6. & refertur cap. si quis eorum dist. 32. & multa alia decreta referuntur ea. d. Idem definiunt Ioannes. 22. in sua extra. antiquæ, de voto, & aouissimè Tridentinum sessio. 24. de matrimo. canone. 9. De cuius decreti convenientia remissive diximus disp. præcedenti, nu. 2.

Dubitabis autem, an vnaquæ permixtum sit sacris ordinibus initiatis matrimonium inire? Cæter. in opusc. tom. 1. tractat. 27. de dispensatione matrimonij in Ecclesia Occidentali q. vni. paulo post principium, dicit olim Græcis diaconis licuisse matrimonium inire. Probat ex cap. aliter, & capit. diaconi, allegatis numer. 1. Et idem docet Sotus. 4. d. 38. quæst. 1. art. 1. colum. penult. vertic. colligito, & lib. 7. de iustit. quæst. 6. artic. 2. cond. 2. quando in ipsa promotione professari essent se continere nolle. Sed veritas est nūquam licuisse in Ecclesia, siue Latina, siue Græca, sacro ordine præditis matrimonium inire. Nam. c. si quis eorum d. 32. & 6. Synodo generali dicitur de Ecclesia Græca, sic. Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus sa-

ciat. Et de Ecclesia Latina hoc certum est, ex c. sunt quidam, & c. presbyteris. 27. q. 1. & c. decernimus. d. 28. & c. l. c. ores. d. 32. Id etiã constat, quia ab initio nascentis Ecclesie id prohibitum fuit, ut constat ex canon. 27. Apostolorum, ibi, Qui ad clerum pro uelli sunt, precipimus ut si voluerint, vxores accipiant, sed lectores, & canones tantummodo. Et inter alios nouissimè id probat Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 12. q. 3. Et semper apud Græcos fuit irritum matrimonium contractum post ordinem sacrum, ut bene probat Azor eodem. c. 12. quæst. 5.

Vnde deducitur Græcum sacris ordinibus post coniugium initiatum, non posse validè, vxore mortua, ad alias nuptias transire. Quod irritum sit etiam apud illos matrimonium initum post sacros ordines. Sic Azor lib. 13. institutionum moralium c. 14. q. 7.

Ea verò est differentia inter Græcos, & Latinos in sacris ordinibus constitutos. Quod illis licuit post coniugium ad sacros ordines ascendere, & uti matrimonio antea contracto. Quod Latinis est interdictum. Quæ differentia constat ex c. cum olim, de cleri. coniug. & c. de syracusanæ. 28. d. Et Græcis quidem concedebatur vsus matrimonij ante ordinem initi, præter id tæpus, quod altaris ministerio deservire, vel consuetudine, vel lege debent, ut late probat Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 13. q. 1.

Dubitabis autem, an sacerdotes Græci vtetes matrimonio ante ordines inito peccent? Possent enim aliqui id sibi per suadere existimans id permitti Græcis ob eorum duriciam, tanquam minus malis: instar permissionis lupanarum. Et ita sentit quidam, quos tacito nomine refert Azor starim allegandus. Et probant ex decreto Nicolai Lad cõsulta Bulgarorum. c. 70. & habetur c. in d. 28. vbi consultus à Bulgaris, num presbyteri habentes vxores sustinendi essent, respõdet sic. Licet ipsi valde sint reprehensibiles, vos tamen Deum conuenit imitari, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. At Bulgari semper retinuerunt, & nunc retinent Græcorum morem. At dicendum est eos minimè peccare. Quod clarè colligitur ex c. aliter. d. 31. vbi Stephanus Pontifex Græcorum morem refert, nec reprehendit. Et similiter Innocent. 2. c. cum olim, de clerice. coniug. Imè Clemens. III. c. quæst. 10. de penit. & remis. clarè supponit eò vltimè esse licitum, ibi. Quæstio est virum sacerdo-

tibus

tibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet viri. Et Cõcilium Lateranense sub Innocent. III. vt clericorum, de vita & honestate cleric. in fine, id clarè dicit. Ibi. Qui autem secundum regionis suæ morem non abdicarunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniuntur, cum legitimo matrimonio viri possint. Vbi glossa finalis ait id dici propter Græcos, qui in sacris constituti vtuntur matrimonio antea contracto. Et ratio est, quia cum lex de Sacerdotum celibatu sit Ecclesiastica (vt diximus disp. præcedenti. n. 5.) nec sit apud Græcos recepta, nisi modo prædicto, illos non obligabit: eò vel maximè, quod sciente Pontifice id effectum sit. Et idè hanc partem tuentur gloss. c. de libellis, fin. d. 20. Abbas. c. cum olim num. 2. & 3. de cleric. coniug. & ibi Imola n. 4. Anton. n. 4. Ioan. Andr. n. 7. sine. Cardin. num. 1. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 8. post 2. conclus. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 11. n. penult. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. sine. Sotus. 4. d. 38. q. 1. ar. 2. in fine corporis, Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 12. q. 1. Ludouic. Lopez. 2. p. infrascriptorij, de matrim. c. 49. col. 1. ver. ad verbum. Quare textus contrarius fortè intelligitur de ducentibus vxores post ordinem sacrum.

Ad argumenta nu. 1. proposita respõdetur. Ad primum dic, canonem illum intelligi de vxore ante ordines habita non abijcienda quoad curam victus largiendi, nõ enim quoad hoc est abijcenda: secus quoad carnale commercium. Vt dicitur. c. omnino. d. 31. quod est ex D. Leone Pontifice. Ad secundum dic, sensum Concilij hunc esse, qui ita damnat nuptias, vt credat eum, qui vxorem habuit, non posse ob id ad ordines ascendere, anathema sit. Ad tertium dic cum gloss. ibi, ver. copulantur, & Couarr. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 3. n. 1. intelligi, copulari, id est, matrimonio contracto vti. Et ita solù dicit, Græcos vti matrimonio ante ordines contracto. Nam copulari pro coniugij vsu aliquando accipitur. Vt constat ex c. Agatostia. 27. q. 2. in fine, ibi. Postquam copulatione coniugij viri, atq; mulieris vnum corpus efficiunt. Ad est, cõsummatione, & vsu. Et c. nosse. 30. q. 1. ibi. Nosse desideras, vxram mulier, qui viri filium de sacro fomite leuauerit, possit cum eodem viro copulari. Vbi gloss. verbo copulari, explicat, id est, carnaliter cõmisceri. Et constat, quia iam erant matrimonium iun. Et. Er eadè solutionem tribuit Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 12.

q. 3. & Bellarminus in suis controuer. lib. 1. de cleric. c. 21. Ad quarum dic, id nõ esse ex D. Augustino, sed ex Gratiano; & posse intelligi, Ecclesiam imposuisse clericis continentiam sub præcepto, que antea erat sub consilio. Et ad quantum, & confirmationem dic cum Maiori. 4. d. 2. q. 2. in solutione ad 2. & Azor. d. c. 12. q. 2. & 4. ibi sermonem esse de more Ecclesie Græcæ; & de vxoribus ante Diaconatum ductis, & idè dicit, si cum ordinantur, dixerint velle se vxores habere, id est, retinentes antea ductas velle se matrimonio vti: & cum postea dicit: si postea ad nuptias venerint, id est, si nuptijs antea contractis vti voluerint. Vel dic cum Archidiacono. Dominico, Turrecrem. eo. c. Diaconi: & Azor proximè citato, intelligi, si ad nuptias venerint, id est, si contraxerint, non de iure, sed de facto, tunc separantur ab illis vxoribus, quas duxerunt, eò quod matrimonium non valeat: & separati ab vxoribus permanent in ministerio, nec à clero eiciantur. Quod Episcopus licentiam dedit. Ad vltimum dic, Canones illos sextæ Synodi, quos Trullanos appellant, eò quod apud Trullas palatium regium editi sint, nõ esse authenticos, nec Ecclesiasticam habere auctoritatem: nec editos esse à Concilio, sed post illud dissolutum à quibusdam Episcopis, nullumque Romanum Pontificem eos approbasse, sed apertè improbasse Sergium Pontificem illius temporis. Vt scribunt Beda lib. de Sex ætatibus in Iustiniano: & Paulus Diaconus lib. 8. de rebus Romanic. c. 9. Sexta enim Synodus nullos canones edidit, vt constat ex septima Synodo, actio. 4. & 5. Et idè hos canones non esse authenticos, nec sextæ Synodi docet Anastasius, Theophanes, & Vmbertus, vt eos refert Simancas de catholicis institutionibus, r. 40. n. 38. idem docent quedam Additio ad decretum correandum iussu Gregorij XIII. c. habeo librum. d. 16. Canus lib. 3. de locis Theologicis. c. finali ad 6. Sotus. 4. d. 38. q. 1. ar. 2. col. 4. ver. quocirca: & hb. 7. de iust. q. 6. ar. 2. col. 11. ver. hæc ergo. Torrens. lib. vno de canonibus sextæ Synodi. Bellarminus in suis controuer. lib. 1. de Concilijs. c. 7. & lib. 2. de Pontifice. c. 18. & lib. 7. de clericis. c. 21. col. 3. ver. ad 3. Valentia. 4. p. disput. 9. q. 5. puncto. 5. §. 2. ver. respondeo canones illos: & dist. 10. q. 5. puncto. 5. in impedimento disparitatis cultus. §. cum infidelis autem. Bañes. 2. 2. q. 1. ar. 10. dub. 5. fol. 159. & Surius. 3. tom.

Con-

conciliorum, in 6. Synodo, ante hos canones ponit præfationem ad lectorē, ipsum, admonens quosdam ex his canonibus esse ab hæreticis corruptos, & falsò tribus sextę Synodo. Et ad c. sextam Synodo d. 16. quod probat eos canones receptos esse ab Adriano Pontifice, respõdet additio quedam in nouo decreto Gregoriano, in eodem c. sextam; posita, Gratianum non referre propriè verba Adriani: sed Adrianum referre ea verba ex epistola à Tharasio ad se missa.

8. Quæstio posterior. Quo iure sacer ordo matrimonium subsequens dirimat? Quæstio hæc procedit, siue teneamus continentiam annexã esse sacro ordini iure Ecclesiastico, siue diuino, siue ex voto, siue ex sola Ecclesiæ constitutione. Quodcumq; enim horum teneamus, potest esse locus opinionibus statim referendis. Quoniã lex illa diuina, vel votũ posset ita clericis castitatem præcipere, vt matrimonium postea in initum minimè dirimeret: sicut voto simplici castitatis ascriptus tenetur lege diuina naturali nuptijs abstinere, si tamen contrahat, validè sunt. Quare & si dicamus lege diuina annexam esse continentiam, vel ex voto lege Ecclesiastica adiuncto, potest esse difficultas, an sola Ecclesiastica lege sit irritum matrimonium post sacrum ordinem contractum, an lege diuina, an potius ex vi illius voti adiuncti.

9. Triplex igitur est sententia. Prima ait, iure diuino per ordinẽ sacrũ dirimi matrimonium subsequens. Potest probari, quia c. vnico, de voto, in 6. equiparantur votũ solenne ordinis sacri, & professionis. Hoc autẽ dirimit iure diuino (vt diximus disp. 26. n. 4.) Et confirmatur, quia in ordine sacro est traditio, sicut in professione (vt docent Authores citati disp. præced. n. 16.) Cũ igitur votũ professionis dirimat iure natura, eò q̃ in illo reperitur traditio: eodẽ iure dirimet ordo. Tandẽ, quia ordini est iure diuino annexa castitas cõueniens munij sacerdotilibus: quibus cõiugales curæ aduersantur. Huius sententię sunt Maioris. 4. d. 24. tota. q. 2. Celsia. 4. d. 37. q. 1. fin. Barbosa rubrica. ff. soluto matr. 2. p. n. 98. Et dicũt esse probabiliẽ, Bassol. 4. d. 37. q. vnica. ar. 1. & Nicol. de Niiffa super. 4. sententiã, tradat. 6. p. 3. de matrim. q. 7. paulò post principium.

10. Secunda sententiã docet, ordinẽ sacrum, vt ordo sacer est, non habere ex natura sua, & iure naturali diuino dirimere contractũ matrimonij subsequens, quod non habeat

eo iure annexam sibi continentiam: et ratione voti solemnis annexi id efficere iure naturali, & diuino. Dicitur, quia licet per accidens, & ex statuto solo Ecclesiæ annexum sit id votum solemnẽ ordini sacro: at supposita annexione, habebit iure natura dirimere matrimonium, qui est voti solemnis effectus. Sicut album per accidens coniungitur corpori, & ideo corpus, vt sic, digregat per accidens visum: at corpus vt album est, id habet essentialiter. Et confirmatur, quia si per accidens ex statuto Ecclesiæ annexeretur votum simplex ordini, impediretur iure natura matrimonij subsequens, non ex vi ordinis, sed ex vi voti. Cũ ergo sit annexum votum solemnẽ, quamuis ex iure Ecclesiastico, dirimetur matrimonium subsequens, non solo iure Ecclesiastico, sed diuino naturali, ratione voti solemnis adiuncti. Perinde enim est voti solemnis effectus, dirimere iure natura matrimonium, ac simpliciter impedire. Ita tenent aliqui, vt refert Bassolis numer. præcedenti allegati. Et videntur tenere Ricardus. 4. d. 37. art. 1. q. 1. corpore. Rayneri. 2. p. summa tit. de matrim. c. 23. Petrus de Soto lectio. 5. de matrim. §. rationem huius. Valentia. 4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento ordinis, dicunt enim reddi matrimonium subsequens nullum propter votum solemnẽ adiunctũ, & propter statutum Ecclesiæ.

11. Tertia sententiã (cui adharere tanquã communiori, & multò veriori,) ait solo Ecclesiæ statuto dirimi matrimonium subsequens per ordinem sacrum. Ecclesia enim inhabiles reddidit initiatos sacris ad matrimonium, sicut consanguineos in secundo, & vterioribus gradibus vsq; ad. 4. Sententiã hæc probatur eisdem prorsus rationibus, quibus disp. præcedenti n. 5. probauimus solo iure Ecclesiastico annexam esse continentiam ordini sacro: eadem enim hanc sententiam probant. Item probatur, quia hoc votum non est per se, & ex natura sua solemnẽ, sed per accidens: (vt probauimus disp. præcedenti, numer. 17.) non ergo dirimet matrimonium iure naturali diuino, instar voti solemnis per se, quale est professionis votum. Et idẽ hanc sententiam tenet vniuersi Doctores, & quos disput. 26. numer. 2. retuli, afferentes votum professionis ex solo iure Ecclesiastico dirimere contractum matrimonij sequentem. Et præter illos, tenent hanc sententiam D. Tho. 4. d. 37. quæst. 1. ar. 1. corpore.

Scotus

Scotus ibi. q. vnica. §. dico igitur. D. Bonau. ar. 1. q. 2. corpore. Albertus Magnus ibi. ar. 1. Durand. q. 1. nu. 4. Palud. q. 1. ar. 1. nu. 8. & ar. 3. nu. 19. Supplementum Gabrielis. q. vnica; ar. 2. concl. 2. Guilliel. de Rubion ibi. q. 1. ar. 2. Bassolis. q. vnica. ar. 1. Mayron. q. vnica. Albertus pignus in suis controuersijs, controuer. 15. ad fin. Nicolaus de Orbellis 4. d. 37. q. vnica. Clitogus de vita, & moribus sacerdotũ. c. 2. 1. paulò post principium. Nicolaus de Niiffa allegatus nu. 9. Caietan. in opusculis, tomo. 1. tractatu. 27. de dispensatione matrimonij in Occidentali Ecclesia, quæst. vnica. ad finem. §. quoad tertium. Catharinus lib. 6. in Caietanum, ea. quæst. an possit Pontifex dispensare in voto solemnĩ ordinis sacri. Idem Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 7. dubio. 1. §. quantum verò ad 2. & 2. opinionem. Gerion. 1. par. regulis moralibus, tract. de matrim. alfabeto. 25. littera. L. Capreolus. 4. d. 33. quæst. vnica, ar. 3. ad finem, in solutione ad argumentum Scoti contra. 3. conclusionem. Victoria summa, vbi de matrim. numer. 191. Sotus lib. 7. de iust. quæst. 5. art. 3. ad 2. & 4. d. 38. quæst. 1. ar. 1. column. 3. vers. dubium tamen est, & quæst. 2. art. 2. column. 4. vers. & vt claritatis causa. Medina lib. 4. de sacrorum hominum contin. controuersia. 7. capit. 31. paulò post principium. Ledesma. 2. par. 4. quæst. 55. art. 3. statim in principio. Palacios. 4. d. 25. disp. 2. concl. 6. & d. 37. disp. vnica, concl. 4. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. quæst. 1. 1. de impedimento ordinis, art. 1. diff. 4. Valentia in suis controuersijs, lib. vnico, de cõlibatu. c. 2. Bellarminus in suis controuersijs, lib. 1. de clericis, toto cap. 18. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 5. num. 9. Idem Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto. 5. column. 2. §. hæc sententiã. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 53. art. 3. dubio. 1. conclus. 1. Bartholomęus à Ledesma de matrim. du bio. 34. cõcl. 2. Gandauo quodlib. 5. quæst. 38. Manuel 1. tomo summe. 2. editione, cap. 2. 24. nu. 1. Vega. 2. tomo summe capit. 34. casu. 48. Ludouicus Lopez. 2. part. instrum. de matrim. cap. 48. in solutione ad 1. Et ex Iurisperitis, Innoc. c. placet nu. vnico, de conuers. coniug. Hosti. capit. rursus, num. 2. qui clerici vel vou. & ibi Ioan. An. d. num. 8. Anton. num. 7. Abb. in 6. Anchar. num. 3. Alexand. de Neou. num. 10. & 11. Henricus nu. 5. Cardinalis clem. vnica nu. 19. de consang. Bellemera. c. de illo. d. 32. num. 4. Turres. c. placuit, art. 1. nu. 5. d. 32. Tabiena verb. dispensatio quæst. 7. num. 8.

12. in solutione ad. 1. Astenis summa. 2. part. lib. 8. tit. 2. ar. 1. q. 3. Couar. 4. decret. 2. par. c. 6. §. 3. num. 2. Stunica de voto quæst. 4. num. 26. Et exprimunt nec ratione voti annexi, id competere iure naturali ordini sacro, Scotus, Caiet. eo tract. 27. quæst. vnica. §. quoad tertium; Bassolis: Guillielmus Rubion, Supplementum Gabrielis: Angles pro hac sententia allegati. Redditq; rationem Caiet. quia id votum est solemnẽ per accidens. Et ceteri Doctores allegati, sunt clarè huius opinionis, vt nec ratione voti id competat ordini: valde enim diminuti essent, si expressè, & ex processu tractantes de iure, quo ordo sacer dirimit matrimonium, affererent id habere iure humano, intelligentes id quod habere iure diuino, ratione voti annexi.

13. Patendum tamen est, iure diuino naturali impediri matrimonium subsequens, ratione illius voti castitatis annexi iuxta sententiam, quam tenuimus vt præcedenti, num. 10. At sententias nullum esse votum, (Quos ibi nu. 9. retulimus,) hoc negabũt. Id tamen votum non dirimit, quia est solemnẽ per accidens, vt probauimus disp. præcedenti nu. 17.

14. Nec Episcopatus quoq; dirimit iure naturali, aut diuino, sed solo Ecclesiastico, matrimonium subsequens, ratione voti annexi ordini sacro, quod eo iure dirimit. Quia nulla alia ratione habet castitatem annexã, (vt probauimus disp. præcedenti nu. 7.) & ita sentit Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. art. 3. in dubio quod mouet circa solutionem ad tertium, cõcl. 1. & 3. Quare post tertiam conclusionem §. sed vt hæc conclusio, optimè infert Episcopo confirmato, nondum tamen ad sacrum ordinẽ promotus, & per consequens nec consecratus, nullo iure interdici resiliere, & ad nuptias transire.

Ad argumeta. n. 9. proposita respõdetur. Ad primũ dic equiparari quoad matrimonij dissolutionẽ, non autẽ quoad ius, quod id cõpetit, Ad cõf. cõstat ex dictis disput. præcedenti. n. 17. vbi probauimus non esse traditionẽ quoad castitatem seruandã. Ad secundũ constat ex dictis disp. præcedenti. n. 5. vbi solo iure Ecclesiastico annexũ probauit. Ad argumentũ, & confir. secundę sententię propositã nu. 10. dic euidenter concludere, si id votum esset verè, & per se solemnẽ, instar voti professionis. At est tantum per accidens solemnẽ, atq; adeo nec id votum habet ex se dirimere.

DIS-

## DISPUTATIO VIGESIMANONA.

An ordo sacer per vim, vel metum assumptus, obliget ad castitatem: ac proinde dicimur matrimonium postea initum?

## SUMMARIUM.

**Q**uando est vis praecisa, ad nil obligat, nec impedit matrimonium, nu. 1.

Coniugatus metu ordinatus an possit vi coniugari, nu. 2.

An metu ordinatus nolens vi ordine, gaudeat privilegio clericali, nu. 3.

An non coniugatus, recipiens ordinem sacrum ob metum viri constantis, teneatur continere. Refertur quadam sententia, nu. 4.

Sententia Auctoris, nu. 5.

Potest hic matrimonium contrahere absq; dispensatione, nu. 6.

Nec tenetur hic ad recitandam officium divinum, nu. 7.

Quid, si metus non fuit cadens in virum constantem, nu. 8.

Quid, si postea ratificet verbo, vel facto, vtens ordine accepto, nu. 9.

Quid, si iusto prelati precepto compulsus est ad ordinem, nu. 10.

Soluntur argumenta. Et explicatur regula, Accessorium, de regulis iuris, in. 6. nu. 1.



Onstatur inter omnes, ordinem vi praecisa assumptum ad nil prorsus obligare. Quia cum desideretur voluntas, non valet ordo, nec character recipitur, vt constat ex c. maiores, de baptismo. Quare tota difficultas est, quid est solus metus, in quo casu adest voluntas, & valet ordo, imprimiq; character, vt constat ex eodem. c. maiores, & fatetur omnes vtriusq; sententiae Doctores.

Secundò constat inter omnes, eum qui post matrimonium, metu viri constantis recipit ordinem sacrum, non teneri continere quoad vsum illius matrimonij, sed posse illo liberè vt, ac si ordinem non accepisset. Quòd rationi consentaneum minimè sit, eum iure vtendi matrimonio inito priuari, qui non sua sponte, sed metu graui compulsus ad ordinem ascendit. Et ita fatentur omnes Doctores contrariae sententiae referendi, nu. 4. Et id est verum, quamuis matrimonium consummatum non sit, vt fatetur Abbas c. maiores. §. vlt. n. 7. de baptismo. Imò habet verum, quamuis vxor conti-

nere vellet, vt bene docent. Goffredus summa, tit. de etate, & qual. ordinandoru. n. 11. Hostiensis summa, eodem tit. num. 5. vlt. sed nunquid conditionaliter. Nec audiendus est Author summæ Armillae verb. ordo nu. 14. dicens hanc tenei continere, si vxor velit.

Tertiò, qui metu ordinatus est, dato illi non teneri ad ordinem, & ad castitatē, constat non frui privilegij clericali, si continere nolit. AEquè enim non est, vt qui onere sentire recusat, sentiat commodum. Contra regulam, qui sentit, de regulis iuris, in 6. Ita docent gloss. c. vbi d. 74. verb. honorem. Host. c. maiores. §. vltim. nu. 38. super verb. conditionaliter, de baptismo, & ibi Cardin. n. 1. q. 1. Azor lib. 13. institutio moralium. c. 14. q. 8. At vtetur ijs privilegijs, dum non transit ad actum contrarium, vt in simili habetur. c. quisquis. d. 84. & tradunt Goffredus, & Host. nu. praecedēti, sine, allegati. Vnde si ante ordines susceptos esset coniugatus, & vxor vellet continere, ipse autem nolit, non gaudebit privilegijs clericalibus. Quòd cum sibi liberè sit vii matrimonio, aut ab vfu se abstinere, elligat vt: quod castitati annexæ ordini aduerfatur. At si ipsa nolit, ipse autem elligat in quantum sibi per matrimonij leges permittitur, continere, nimirum non petendo debitum, & obliget se ad castitatem, ac clericorum more viuat, gaudebit privilegijs clericalibus: iuxta c. multoru. 27. q. 2. Ita docent Goffredus, & Host. n. praecedenti, sine, allegati. D. Anton. 3. par. tit. 14. c. 16. sine. Rosella ordo. 3. n. 7. Supplementum summæ Pisanæ, verb. ordinatus. 1. n. 7. Albericus in suo dictionario, litera. O. verb. ordinatus. 1. vlt. vtum coactè ordinatus. Syl. ordo. 4. q. 1. d. 2. Tabiena ordo. 2. sine. Quod intellige cum Alberico, Supplemento summæ Pisanæ, Syluestro ibidem, nimirum, hunc debere frui privilegijs clericalibus, si non sit bigamus, & tunc non omni bus, sed solis ijs, quib; fruuntur ceteri clerici coniugati cum vnica, & virgine: iuxta c. vnicum, de cleric. coniug. in 6. De quibus nos agemus infra, in hoc eodem impedimento voti, & ordinis.

Dis-

4 Difficultas autem est, an ordo metu assumptus ita obliget ad continentiam, vt si initatus non sit matrimonio iungens, teneatur prorsus continere, nec valide possit matrimonium inito, si verò sit coniugatus, non possit eo matrimonio soluto ad aliud migrare, sed teneatur omnino continere, de mpto illius matrimonij praecedentis vsu? Quiddam (& valde probabiliter) asserunt obligare eum ordinem ad continentiam, & matrimonium postea initum esse irritum. Ducitur hæc sententia. Quòd sic ordinatus characterē ordinis recipiat, cui annexa est castitas. Cum igitur accessorium sequatur naturam principalis, regula, Accessorium 42. de regulis iuris, in. 6. ac principale valeat, valebit quoq; accessorium ad castitatem obligatio. Et confirmatur, quia cum Ecclesia ad iunxerit votum continentij ordini si cro, de praedicto voto debet iudicari, iuxta terminos ordinis, cui fuit adiectum. l. grege ff. de legat. 1. l. peculium. ff. de legat. 2. Et pulchre tradunt Bart. l. si conuenit, la. 2. §. si nuda nu. 2. ff. de pignorat. act. Baldus. l. etiam, nu. 4. C. de iure dotium, docentes adiectum alicui rei diuidendum esse secū dum illius rei terminos. Sicut ergo de natura ordinis est, vt ad characteris illius impressionem suscipiat voluntas coacta metu, etiam voluntas debet sufficere ad votum continentiae, quod ab ordine pendet: alioquin plus requiretur in accessorio, quàm in principali. Secundò metu baptizatus compellitur seruare fidem, ac reliquas Ecclesiae leges, eò quòd characterem recipiat. c. de iudicis. d. 4. quod est ex cōcil. Toletano. 4. c. 16. At vt fides, & lex Christiana comitatur characterem baptismi, ita castitas ordinis characterem. Tandem, quia cum voluntas metu extorta, voluntas sit. c. meritò. 1. §. q. 1. is qui metu initatus est, voluntariè id fecit: æquum igitur est, vt ad castitatem teneatur. Et confirmatur ex concilio Toletano. 8. ibi. *Quicumq; (etiam si iniuri) ad Ecclesiasticarum officia dignitatū assumuntur, deserere quam semel receperunt gratiam, donumq; nequam audeant.* Si vero ad coniugia, marisq; seculi redire attentauerint, omni Ecclesiastica dignitate priuentur, & apostata habeantur. Et idè hanc sententiam teneatur, Goffredus, & Hostiensis, vbi eos, nu. 2. sine retuli. Ioan. Andr. c. maiores, in sine, de baptismo: vbi Anton. §. vlt. num. 7. Abb. eodem. §. nu. 7. Cardinalis clem. finalis, in sine, de etate, & qual. Albericus in suo dictionario, litera. O. verb. ordinatus, t. ver-

lic. vtum coactè ordinatus. Raimundus in summa tit. de etate, & qual. ordina. Lex regia. 32. tit. 6. p. 1. & ibi Montalius in sine. Syl. ordo. 4. q. 1. d. 2. Supplementum summæ Pisanæ verb. ordinatus. 1. n. 6. Tabiena ordo. 2. fin. Armilla verb. ordo nu. 14. Rota in nouissimis. p. 1. decisione. 560. n. 7. & sequentibus. Gaeta repetitione. c. ad limina 30. q. 1. §. 3. q. 19. nu. 96. & ex Theologis, Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 4. concl. 6. nu. 28. D. Antonius. 3. p. tit. 14. c. 16. in sine. Sor. lib. 7. de iust. q. 2. ar. 5. in solutione ad argumentum vltimum.

Ceterò probabilis sententia, sic initiatu nullo iure cogi continentiam seruare, quòd metus fuit in virum constantē cadens. Primò, quia castitas perfecta, & integra, est res voti, non precepti. c. integritas. 32. q. 2. nec continentia debetur, nisi voluntariè assumpta. c. ante triennium. d. 3. 1. & c. presens. 20. q. 3. Secundò, quòd ordo sacer non obliget ex natura rei ad castitatem, sed ratione voti ex Ecclesiae constitutione adiecti (vt probauimus disp. 17. n. 2. & 10.) Votum autem expressum, modum tacitū, quale ordini inest, irritum est, si ob metum viri constantis emittatur. c. perlatum, & c. cū dilectus, de his quæ vi. Et confirmatur, quia licet constitutio Ecclesiae astringat ad castitatem initiatum sacro ordine, quando spòte illum suscipiens noluit voveri: vel à voto ratione ignorantie excusaretur. At id procedit, quòd sponte sua ordines susceperit, ac privilegijs clericalibus frui elegerit. Quippe rationi consentaneum est, vt onera quoq; annexa subeat: vt qui sentit commodum, sentiat & onus: regula, qui sentit 55. de regulis iuris, in. 6. Quæ ratio in coactè suscipienti ordines deficit. Cum non sponte ad ordinem ascendit, nec subinde affectum habuerit privilegijs clericalibus fruendi. Secundò, quia constitutio Ecclesiae non obligat clericos directè ad castitatem, sed ad castitatis votum emittendum. Quare qui votum illud castitatis in susceptione ordinis sacri tacitè emittit, ex solo voto ad eam tenetur: (vt probauit disput. 27. nu. 14.) (& solum obligat constitutio Ecclesiae, quando hic initatus votum non emittit (vt ibidem probauit.) At hic cum in susceptione ordinis non habuerit voluntatē contrariam, verè votum annexum ordini tacitè emittit, instar aliorum clericorum. Cui ergo ex voto non manserit obligatus, irritum est illud eadem Ecclesia ratione metus, nulla ratione manebit obligatus. Tertiò, quia

ius

ius id feruat in metu gestis, vt ea quæ facillè reparari, & ad pristinum statum restitui ope iudicis nequeunt, omnino cassent: ne de statuato remedio iniuriosum metum passus. Atq; ob eam rationem matrimonium metu initium irritauit: quod semel contractum dissolui à iudice nequeat: at cum cæteri contractus irritari facillè possint à iudice, eos metu initos non irritauit, sed à iudice rescindendos reliquit (vt probauit lib. 4. disput. 8. n. 4.) Cum ergo obligatio ad castitatem ordini sacro annexa, vbi semel contracta fuerit, ope iudicis dissolui nequeat, æquum est vt Ecclesia eam obligationem irritari. Tandem, quia si coniugatus nullo modo tenetur ad castitatem respectu illius matrimonij: (vt n. 2. diximus omnes fatentur) cur non coniugatus ad castitatem est compellendus? Si enim hic compellendus esset, pariter coniugatus obligandus esset ad ex parte sua continentium, non petendo debitum. Cum susceptio ordinis fuerit in vitro; voluntaria ea coacta voluntate: & vbi esset libera voluntas: teneretur coniugatus ad ordines promotus non petere. Et ideo hanc sententiam amplectuntur, glossæ. c. vbi verb. honorem. d. 74. Et ibi Hugo, & Archid. in fine, & Dominicus ibi, fin. glossæ. c. maiores. §. vlt. verb. conditionaliter, in fine, de baptismo. Et ibi Hostiensis, num. 38. verb. conditionaliter, & ibi Henricus, n. 7. fin. Calderinus tit. qui clerici, vel vou. consil. vnic. sine. Imola. c. Ioannes nu. 21. de cleric. coniug. & c. sacris nu. 7. de his, quæ vi. Cardin. d. c. maiores. §. vltim. num. 1. q. 1. Astenfis summa. 3. p. lib. 6. tit. 2. art. 4. q. 2. fin. Ioannes de Friburgo summa confessorum, tit. de etate, & qualic. ordinand. q. 50. & 51. Petrus Rauennas in compendio iuris canonici, tit. de baptismo. Rosella ordo. 3. nu. 6. Angelus ordo. 3. nu. fin. Rota in nouissimis p. 1. decisio. 61. nu. 1. sine, & sequentibus, & in fine concludit stylum curiæ hanc sententiam approbare. Præpositus. dist. 74. in summa nu. 2. & Turrecr. ibi, in summa, art. 2. ad fin. Nauar. lib. 1. consil. tit. de his, quæ vi, in priori editione, consil. 2. num. 4. & sequentibus: & consil. 3. nu. 2. & consil. 4. nu. 1. in posteriori editione, consil. 4. num. 4. & sequentibus: & consil. 2. n. 1. & 3. & consil. 5. nu. 2. & summa latina. c. 22. n. 51. ad finem, & nu. 52. Gregorius Lopez. l. 32. verb. Quo le tomara tit. 6. p. 1. Balthasar Mogolló tractatu de his, quæ vi. c. 8. §. 2. nu. 13. & refert, nu. 5. tribus sententijs se obtinuisse iniudicio hunc non teneri continere. Et hoc for-

tè est, quod voluerunt dicere. Rebuffus in concordatis, rubrica de regia ad prælaturas nominatione faciendâ. §. 1. verb. sponte: & Barbatus consil. 60. nu. 5. & 6. volum. 1. vbi docent ordinem metu assumptum esse ipso iure nullum, sicut & professio: forte enim intelligit quoad obligationem ad continentium: aliàs falsa proliis esset eorum sententia. Et ex Theologis, videtur clarè idem tenere Ricardus. 4. d. 25. art. 4. q. 2. ad. 3. vbi ait continentiam non esse annexam ordini sacro, nisi quoad eos, qui voluntariè illum suscipiunt. Et tenent Maioritis. 4. d. 24. q. 2. in solutione ad. 5. Sorus. 4. d. 25. q. 1. ar. 2. ad. 7. verè. hinc autem emergit. Henriquez lib. 10. de sacramento ordinis. c. 14. nu. 3. & lib. 12. de matrim. c. 5. n. 9. in commento, litera. Q. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 14. q. 8. Vivaldus c. delabro sacram. 1. p. vbi de sacram. ordinis n. 26. Petrus de Ledesma de sacram. vbi de sacramento ordinis. c. 6. dist. 3. dist. 2. Mañuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 224. n. 5. & 2. tomo. c. 96. n. 4. conclusi. 4. Emmanuel Sa summa verb. ordo nu. 24. Bartholomæus de Ledesma de sacram. ordinis, dubio. 14. col. 4. §. annotare hic oportet. Vega. 2. tomo summa. c. 57. casu. 6.

Hinc inferitur, posse hunc licetè matrimonium contrahere. Quia sola obligatio ad castitatem ordini annexa posset obstatulo esse: at non teneretur continere. Et ita credo esse de mente omnium Doctorum, quos nu. præcedenti retuli. Quamuis Petrus de Ledesma ibi relatus dicat hoc non inferri ex illa sententia. Et in proprijs terminis ita docent, Immola. c. Ioannes nu. 21. de cleric. coniug. Nauar. summa latina. c. 22. num. 52. & lib. 1. consil. tit. de his quæ vi, in priori editione, consil. 4. nu. 3. in posteriori autè, consil. 2. num. 3. Turrecr. Gregor. Lopez, Azor, Balthasar Mogollon, Vega n. præcedenti allegati. Henriquez lib. 10. de sacram. ordinis. c. 14. nu. 3. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 224. nu. 5.

Secundò deducitur, nec hunc nolentem vti ordine, teneri ad officium canonicum recitandum. Quod id fit onus adiunctum ordini sponte assumpto, sicut & onus continentie seruandæ, & ita docent Nauar. summa latina. c. 22. nu. 51. ad finem. Vivaldus, & Emmanuel Sa allegati nu. 5. ad finem.

Imò nec teneretur hic continere, quamuis metus non sit cadens in virum constantè, modò sit talis, vt præ timore illo initiatus esset, eoq; secluso nullatenus initiandus.

Ita

Ita Nauar. lib. 1. consil. tit. de his quæ vi, in priori editione, consil. 3. numer. 4. in posteriori, consil. 5. numer. 4. & potest probari, nam multi sentiunt matrimonium simili metu initium, esse in foro conscientie nullum: Quos retuli lib. 4. disput. 7. numero. 2. & dixi ibi, numero. 4. id esse probabile: & ita censeo esse probabile. At probabilius est oppositum, (vt ibi retuli multos id tenentes numer. 3. & dixi probabilis, numer. 4.) & ibi probauit. Atque ita docent cæteri Authores relati hac disput. num. 5.

Id tamen monuerim, si metu quatumvis graui initiatus, postea ratificet verbo, aut factò, semel vtens ordine accepto, idque sine coactione aliqua, in posterum non esse sibi integrum resilire: sed teneri continere, in statutorum clericorum, qui spontè ad ordines assumpti sunt. Quod per illam liberam ratificationem elegerit in ordine permanere, ac porinde ad eius onera ex tunc obligabitur. Sicut etiam professio tacita inducitur faciendo propria professio. c. vidna, de regular. Et sic docent Host. capit. maiores. §. vltim. numer. 38. super verb. conditionaliter, de baptismo. & ibi Anton. numer. 8. Ioan. Andr. in fine. Henricus, numer. 7. fin. Quod intellige, si sciens, & prudens exerceat, scilicet si per errorem, quo se ad ordinis obseruantiam astrictum existimet: tunc enim non censetur ratificare. Quod nunquam sit ratificatio a suis nulli, dum ignoratur actum fuisse nullum, (vt probauit lib. 1. disput. 16. num. 7.) Et ita docent Nauar. lib. 1. consil. tit. de his, quæ vi, in priori editione, consil. 2. numer. 8. & 9. in posteriori, consil. 4. numer. 8. & 9. Mañuel. 1. tomo summa. 2. editione, cap. 224. num. 5. Vega. 2. tomo summa, capit. 57. casu. 6.

Tandem prædicta de iniusta compulsione accipienda sunt. Si enim virgente necessitate compellat prælatus iusto præcepto ad ordines assumendos, sic compulsus teneretur ad continentiam, & ad cætera ordinis onera. Cùm nullam iniuriam passus sit. Quod bene docet Henriquez lib. 10. de sacramento ordinis cap. 14. num. 3. commento, litteræ. Y.

Ad argumenta numer. 4. proposita respondetur. Ad primum, & confirmationem dic, accessorium sequi naturam principalis, & connexa diiudicari iuxta terminos eorum, quibus connectuntur, quando sunt essentialiter connexa, & secundum neces-

sariam consequentiam, ac proinde indiuidua: scilicet quando solo iure humano coniuncta sunt, vt annexatur castitas ordini.

Quare per metum, qui humana rescindit, & non diuina, licet non impediat essentialia sacramenti ordinis, quod diuinum est, impedit tamen coniunctio continentie, quæ est humana. Vel secundò dic eam regulam intelligi, vbi in accessorio non reperitur dispositio specialis, vt bene explicat Dynus in eadem regula, Accessorium, numer. 2. At reperitur dispositio specialis annullans votum metu emissum. c. perlatum, & cap. cum dilectus, de his quæ vi. Ex voto autem accessorio ordini debebat conforgere obligatio ad continentiam, vt numer. 3. probauimus. Vel tertio dic, intelligi quando in principali, & accessorio, ac connexis reperitur eadem ratio, vt bene docent Abbas capit. debitorum, numer. 2. de iureiur. & ibi Imola numer. 5. Felinus numer. 3. Rota in 1. tomo, in nouissimis, decisione 361. num. 13. Et constat ex eo. cap. debitorum, vbi valet iuramentum accessorij promissioni soluendi vsuras: cùm tamen principalis promissio sit irrita. Quod ratio diuina reuerentia, quæ feruore iuramentum compellit, minimè in simplici promissione reperitur. At non est eadem ratio in characteris ordinis impressione, & in voto continentie annexo. Nam ad illam fat est in adulto quæcunq; voluntas, imò & sola voluntas Ecclesiæ in infante. Hoc autem liberam voluntatem desiderat. Ad secundum dic disparè esse rationem, quia baptisimus non est tam propriè votum, quam religionis professio, quæ ab Ecclesia irritari nequit, & qualicunq; in adulto voluntate contenta est: & in infanti sola Ecclesiæ voluntate: & ideo ex mera natura sacramenti nascitur obligatio religionis. Quod in voto ordini annexo non inuenitur. Quare professio religionis est iure diuino annexa baptismo: at incontinentia solo Ecclesiastico annexatur ordini. Ad vltimum fateor fuisse voluntarium votum: ac peti amplius vt valeat, spontaneam, ac liberam voluntatem. Ad confirmationem dic, illud concilium intelligendum de ijs, qui postea liberè ratificauerunt ordinem. Iuxta tradita, numer. 9. vel sequitur fuisse priorem opinionem valde probabile. Nec ei fidem habere cogimur: quod non sit prouinciale.

O

DIS-

## DISPUTATIO TRIGESIMA.

An sacer ordo ante rationis usum, aut post eum, ante pubertatem tamen assumptus, obliget ad continentium, ac irriter matrimonium subleuet?

## SUMMARIVM.

**C**irca infantem, referatur duplex sententia, num. 1. & 2.

Propositur sententia Authoris, nu. 3.

An possit matrimonium inire, possitque Ecclesia illum ad matrimonium inhabilem reddere, nu. 4.

Quando possit resiliere, & an resiliens maneat suspensus, nec gaudeat privilegijs clericalibus, nu. 5.

An ordinatus post usum rationis, ante pubertatem tamen, teneatur continere? Referatur duplex sententia, nu. 6. & 7.

Sententia Authoris, nu. 8.

An possit hic matrimonium contrahere? numero 9.

Quot aetate possit resiliere, nu. 10.

An sit necessarium interrogandas an velit in ordine permanere, ut censetur ratificare? numer. 11.

An teneatur recitare officium, licet ante tempus legitimum ratificet, nu. 12.

An si post pubertatem ratificet, vel utatur ordine, possit resiliere: & quid desideretur, ut ratificet, nu. 13.

An possit hic uti ordine suscepto, nu. 14.



**D**UPLEX Petitur difficultas: altera, de ordine sacro suscepto ante rationis usum; altera vero, de suscepto postea, ante pubertatem tamen. Circa priorem difficultatem, quidam censent ordinatum ante rationis usum teneri continere. Quod verum characterem suscipiat. Sicut de metu ordinato asserunt multi, ducti eadem ratione. Quos retuli disput. precedenti, num. 4. & ita docent Palud. 4. d. 37. quaest. 1. art. 1. num. 14. Supplementum Gabrielis. 4. d. 25. quaest. 1. artic. 2. concl. 8. D. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 8. in fine secundae conclusionis: subditque matrimonium postea contrahendum non valere. Ledesma. 2. p. 4. quaest. 55. art. 4. paulo post principium. Gaeta repetitione cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. quaest. 194. nu. 467. Et clare sentit hanc senten-

tiam esse probabilem; Ricardus. 4. d. 2. q. ar. 4. quaest. 2. ad. 3. utramque enim retulit sententiam, & neutram definiuit. Et utramque partem ponit ac probabilem Celaia. 4. d. 25. q. 3. §. contra istam opinionem arguitur.

Alijs placet hunc non teneri continere: at non certum illis est an possit matrimonium inire. Sic Angles dicens esse probabile, esse inhabile ad matrimonium, Floribus. 1. p. vbi de sacram. ordin. q. vnica, ar. 4. diff. 1. Petrus de Ledesma de sacramentis, vbi de sacramento ordinis. c. 6. diff. 1. col. 6. post. 3. d. ctum. §. a esta duda. Et reddidit rationem, quia licet non ligetur voto, potuit statuo Ecclesiae inhabilis reddi ad matrimonium.

Verum omnino dicendum est, hunc nulla ratione astringi ad continentiam. Constat ex dictis disp. precedenti. n. 5. vbi late probauimus metu graui ordinatum non teneri continere: quod licet voluntas adfuerit, non fuit libera: nec ante usum rationis initiari, in quo nulla profus fuit voluntas. Et argumenta contraria soluta sunt disp. precedenti. n. vltim. Et ideo hanc partem sustinent omnes quos. nu. 8. referat, dicentes etiam ordinatum post usum rationis, ante pubertatem tamen, non teneri continere. Et ultra eos, docent glo. c. pueri verb. ad sacros, el. 1. q. 1. Host. sum. tit. de temp. ordinatione. §. sed & praeter regul. n. 11. vers. plus notat. Paul. clem. vnic. de confang. & ibi Cardin. n. 1. oppositio. 7. Sylu. matrimo. 8. q. 12. dicto. 2. Nauar. lib. 1. consiliorum tit. de his quae vij. in priori editione. conf. 2. num. 4. in posteriori, conf. 4. n. 4. Rota in nouissimis. p. 1. decisi. 161. n. 6. Anton. Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. nu. 221. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 3. q. 12. nu. 55. Mogollon tractatu de his, quae vi. c. 8. §. 2. nu. 23. & ex Theologis, Maioris. 4. d. 24. q. 2. argumen. 5. Palu. 4. d. 25. q. 3. ar. 1. n. 10. Ricar. 4. d. 37. ar. 1. q. 1. corpore. Almain. 4. d. 25. q. vnica, & ibi Sotus. q. 1. art. 2. circa solutionem ad 2. post. 3. conclusionem, vers. quod si roges, & lib. 7. de iust. q. 2. ar. 5. ad vltimum Palacios. 4. d. 25. disp. 1. colum. 10. vers. porro occinet aliquis. Henriquez lib. 10. de sacra. ordinis. c. 14. nu. 3. & lib. 12. de matrim. c.

§. n. 9. in commento, littera. Q. Azor lib. 13. institutionum moralium c. 24. q. 9. Manu. 2. tomo summa. 2. editione. c. 96. n. 4. concl. 4. Viuald. candellabro sacram. 1. p. vbi de sacramento ordinis. nu. 25. Bartholomaeus à Ledesma de sacram. ordinis, dubio. 14. col. 2. Vega. 2. tomo summa. c. 57. casu. 7.

Hinc inferatur contra Authores num. 2. allegatos, posse hunc liberè si ordine uti no lit, ad matrimonium transire. Quia sola castitas ordini annexa poterat impedire, at nulla ratione tenetur ad castitatem. Constat etiam ex dictis disp. precedenti, num. 6. vbi multis Doctoribus allegatis probauimus idem de ordinato per metum. Idem etiam constat in hac disp. nu. 9. vbi referantur Authores hoc asserentes de ordinato post usum rationis, ante pubertatem tamè. Et ita docent, Paulus, Cardinalis, Sotus vtroque loco, Henriquez vtroque loco, Gaeta, Azor, Manuel, Viualdus, Mogollon, nu. praecedenti allegati. Nec verum est, quod dixit Petrus de Ledesma num. 2. relatus, ni mirum, posse Ecclesiam reddere inhabiles ad matrimonium, initiatos ordine sacro ante rationis usum. Quia potuit Ecclesia id imponere ordinatis propria voluntate: & nulla alia ratione eos ad ordines admittere. Quia cum voluntariè promoueantur ad ordinum dignitatem, voluntariè subinde ad castitatem obligantur: ad quam nullum institutum potest Ecclesia cogere. Quà obrem (vt disput. sequenti numer. 4. probabimus) potest Ecclesia statuere, ne in posterum quispiam minoribus ordinibus initietur, nisi promissa castitate: at iam initiatu id onus imponere nequit, ne inuiti cogantur ad continentiam. Cum ergo infans absque omni profus voluntate sit ordine sacro insignitus, caret Ecclesia potestate ipsum inuitum ad continentiam compellendi, reddens ipsum matrimonij incapacem.

Secundo inferatur, in tanti sic ordinato, dū fuerit sui compos, dādam se optionē, velir ne in ordine permanere, an resiliere. Quod si velit permanere, iam voto castitatis manebit ligatus: si autem resiliere eligat, manebit suspensus vsu ordinis. Sic Sotus, Henriquez, Azor, Manuel, Vega nu. praecedenti allegati. Dicunt autem eam optionē dādam, cum peruenierit ad usum rationis. At de hoc dicemus num. 10. An uerò fruatur privilegio clericali? dic idem quod dixi de metu ordinato nolenti in ordine permanere, disput. precedenti, nu. 3.

Circa posteriorem autem difficultatem,

est grauius dubium de ordinato post rationis usum, ante pubertatem tamen, num continere teneatur? Quia in re triplex est sententia. Prima ait cum teneri continere. Quia libera voluntate ad ordinem sacrum est promotus. Quare non est cur a voto annexo excusetur. Ita docet gloss. cap. pueri, verb. ad sacros, el. 1. 1. quaest. 1. & cap. vnic. verb. discretionis, de clerico per saltum promotu: vbi Anton. num. 4. fin. Card. nu. 2. q. 1. in fine, Bonifacius clem. final. nu. 26. & 27. de retar. & qual. Alexander Carrerius lib. 30. de sponsal. cap. 3. Sotus lib. 7. de iustitia. q. 2. ar. 5. ad vltimum: explicatque quando dū initiatu est, attingat decimum, aut duodecimum annum, & forsitan oīatum. Vega. 1. tomo summa. c. 57. casu. 7.

Secunda sententia distinguit, si impubes ille sit doli capax, cogere continere: fecus verò non. Quia in matrimonio carnali malicia supplet aetatem, c. de illis, de sponsal. impub. cur ergo non in hoc spiritali matrimonio. Ita docet Imola c. Ioannes nu. 22. de cleric. coniug. n. 22.

Tertia sententia (quam probabiliorē credo) ait non teneri continere, nisi adeptus pubertatem ratificet. Ducitur, quoniam votum solemne expressum in religione approbata, ante pubertatem emissum, nisi post pubertatem ratificetur, non obligat. cap. 1. & cap. illud. 20. quaest. 1. & cap. ad nos tram, de regular. Ergo nec votum solemne ratiatum emissum in sacri ordinis susceptione. Dices: hoc votum solemne non tantum esse efficaciam: cum non sit per se, & ex natura rei solemne. Id fateor, at verè constituit in statu iure Ecclesiastico incompartibili cum matrimonio: & quamuis Pontifex possit dispensare, at summa eum difficultate dispensabit, & propter causam valde publicam: quare non est credendum velle Ecclesiam voto tantu momenti alligari puerum impuberem. Quamuis enim votis simplicibus ligari possit, & facillimo negotio illi grati consilium: cum possint omnia illa impuberum vota à parentibus, vel tutoribus, absque causa aliqua irritari. Et ideo hanc sententiam sustinent, Calder. tit. qui clerici, vel uolunt. consil. vnica, ad numer. Innocen. cap. vel non est compos, sum. 1. de tempor. ordinatione. Et ibi Host. super verb. vsque ad aetatem, num. 7. Ioann. Andr. cap. vnico nu. 5. de clerico per saltum promotu, vbi Abbas, num. 3. Ancher. nu. 8. Henriquez num. 12. & duobus sequentibus. Hugo

cap. subdiaconus. 77. de Archid. cap. pueri  
n. v. m. c. 1. q. 1. Imola clem. finali. num. 9.  
de arat. & qual. Rebuffus praxi benefic. regu-  
la de clericis ad sacros ordines male pro-  
motis. glossa. 2. num. 10. Bernardus Diaz in  
sua practica canonica, in noua editione, ca-  
pit. 26. nu. 4. Maiolus lib. 1. de irregularita-  
te cap. 30. n. 6. Gaeta repetitione. c. ad limi-  
na. 30. q. 1. §. 3. quaest. 12. nu. 55. Imo hodie  
cum votum expressum solemne professio-  
nis non valeat vsq; ad decimum sextum annu  
completum iuxta Trid. ses. 24. de regul. c.  
15. idem dicendum erit iuxta hanc senten-  
tiam de initiato ordinibus sacris ante deci-  
mum sextum annum, nempe, eum non tene-  
ri continere. Quia ratio tradita ab hac sen-  
tentia, prorsus militat in hoc casu.

Hinc inferitur, integrum esse huic, matri-  
monium inire, si nolit in ordine persevera-  
re. Quia ad nullam continentiae legem obli-  
gatur. Ita Innoc. Host. Ioan. Andr. Anchar-  
ran. Henricus, Rebuffus, Bernardus Diaz  
n. praecedenti allegati.

Sed rogas, quamdiu possit resiliere? Res-  
pondeo, si amplectatur sententia afferens  
ordinatum post vsum rationis tenere con-  
tinere, non autem antea ordinatum: est subin-  
de dicendum futuram esse contradictione  
post rationis vsum, ita vsi tunc ratificet,  
amplius resiliere nequeat. Et ita docent Au-  
thores nu. 5. allegati. At retenta nostra sen-  
tentia, non posse eo voto ordini annexo  
quempiam obligari ante pubertate, subin-  
de dicendum est posse quandocunque an-  
te pubertatem resiliere: vel statim ac puber-  
tatem adeptus est: ita vt necesse sit ratifi-  
cet, pubertatem adeptus. Et ita docent In-  
noc. Host. Ioann. Andr. Anchar. Henricus  
nu. 8. allegati. Gaeta repetitione. c. ad limi-  
na. 30. q. 1. §. 3. q. 12. n. 61. & posse adueni-  
ti pubertate resiliere, docent etiam Abbas,  
& Maiolus numer. 8. citati. Et vtrumque e-  
tiam tradit Bernardus Diaz practica cano-  
nica, in noua editione capit. 26. numer. 4.  
Imo hoc tempus contradicendi durat hodie  
vsque ad decimum sextum annum: &  
statim eo expleto. Quia ad professionis va-  
lorem hic annus successit nouo iure Tride-  
tini pubertati, quae olim ad professionem  
desiderabatur, vt notauit nu. 8. in fine. Sed  
rursus quaeres, quamdiu post illud tem-  
pus resiliere licebit, nempe, post puberta-  
tem: (& hodie post decimum sextum an-  
num.) Aliqui censent illud statim accipien-  
dum esse metaphysice. Quia. c. ad nostra,  
de regular. concedens triduum post puber-

tatem, loquitur in diuerso casu. Ita Cardin-  
alis. c. vnico. num. 2. q. 1. in fine, de clerico  
per saltum promotus. Alijs vero placet dari  
triduum post pubertatem. Quia. c. ad no-  
stram, de regular. concedit triduum post  
pubertatem, professis ante illam, vt nisi res-  
picerint intra id spatium, sed habitum profes-  
sorum detulerint, non possint deinceps re-  
trocedere. Ita Host. Ioann. Andr. Anchar.  
Bernardus Diaz, Maiolus, Gaeta eisdem lo-  
cis. Cui sententiae fauet, dici statim fieri,  
quod post triduum fit. Quia ratione duam di-  
ximus lib. 1. disp. 51. n. 14. impuberi, cui pu-  
bertate adeptus licet a sponsalibus resili-  
re, concedi triduum post illam, & resili-  
tem eo temporis spatio dici statim resiliere.  
Sed diuersa professio est ratio in sponsali-  
bus. Quia sponsalia ante pubertatem con-  
tracta, erant omnino valida, nec aliquam ra-  
tificationem desiderabant, sed tantum in fa-  
uorem tenere status, & immutari consilij  
ius concessit posse resiliere statim post pu-  
bertatem. Atq; ita si tunc non resiliat pu-  
bes, manent omnino firma, & irreuocabili-  
a. At professionis, & ordinis facta vota non  
erant antea valida, & indigebant ratificatio-  
ne post legitimam aetatem, vt ex tunc vali-  
da esse inciperent. Quare si reuera is postea  
non ratificaret, non alitergetur: & vbi rati-  
ficat, manet ligatus. Illud autem triduum  
deseruit praesumptioni fori externi, nam si  
intra illud post legitimam aetatem non re-  
clamauerit, praesumetur ratificare, & am-  
plius non audietur.

Nec ad hanc ratificationem efficiendam post  
legitimam aetatem, desideratur illi rogari, eli-  
gat ne in ordine permanere, an eo deserto  
ad nuptias transire. Quia nullus est textus id  
probans. Et quauis id petat aliqui Docto-  
res. c. 1. de regu. in ratificanda professione:  
diuersa tamen est ratio. Quia in ea nil valide  
gestu est: in hoc autem euentu ordo facer vali-  
de susceptus est. Ita Innoc. c. vel non est co-  
pos nu. 1. de tempor. ordinat. Quantis haec  
ratio differantia displiceat Hostiensis, Ioan.  
Andreas, & Ancharrano, vbi eos n. 8. retuli.

Hinc deducitur hunc non teneri ad re-  
citandum officium canonicum, donec post  
legitimam aetatem ratificet ordinem: Sicut  
de metu ordinato diximus disput. praecedenti,  
n. 7. Quia sola characteris impressio,  
quae ab Ecclesia irritari non potuit, valet  
vsque ad eam ratificationem. Et sicut hic  
non tenetur ad principale onus annexum  
ordini, quod est continentia: ita nec ad one-  
ra minus principalia.

Quod

Quod si post legitimam aetate, verbo, vel  
facto ratificet, nimirum, vt tunc ordine sac-  
ro, ia non erit integrum sibi resiliere, vt dixi-  
mus etiam disp. praecedenti. n. 9. de ordina-  
to per metum. Et intellige (vt ibi dixi)  
quando non per ignorantiam, qua se ad ordi-  
nem altrungi credebat, eo vsus est.

Tandem hic ante legitimam aetatem ini-  
tius ordine sacro, non poterit eo vti, do-  
nec aetatem iure ad ordines petitam nactus  
sit. Quauis velit in ordine permanere. Est  
enim illius executione interim suspensus

c. vel non est compos, de tempore ordin. &  
cap. ex ratione, de aetate, & qual. At vbi iam  
adeptus fuerit aetate iure ad ordines praef-  
criptam, si bona fide initiatus est, ita vt cul-  
pa expers fuerit, poterit absque alia dis-  
pensatione vti ordine. Quod iam impedi-  
mentum cessarit: & ratione ignorantiae, &  
bonae fidei excusatus fuerit a suspensione  
lata in c. straug. Pij. II. aduersus eos, qui an-  
te legitimam aetatem sacro ordine inligi-  
niuntur. Secus si culpa parti-  
ceps fuerit.

## DISPUTATIO TRIGESIMA PRIMA.

Vtrum prima cofura, & quatuor ordines minores impediāt matrimo-  
niū, ita vt culpa sit ab eis resiliere, ac matrimoniu cōtra here: aut salte  
eos ordines recipere absque intentione ad superiores ascendendi?

## SUMMARIUM.

Quot quaestiones disputanda sint, nu. 1.

An ordines minores impediāt matrimo-  
nium. Refertur quadam sententia, nu. 2.

Propositur vera sententia, nu. 3.

An possit Ecclesia statuere vt initiati minori-  
bus, aut in posterum initiandi sint ad matri-  
monium inhabiles: per dantq; privilegium cle-  
ricale, si continere nolint? Et explicatur. c.  
de his. d. 28. nu. 4.

An tenetur voto initiatus ordinibus minori-  
bus, existimans votum castitatis illis anne-  
xum dirimens subsequens matrimonium? nu-  
mer. 5.

Soluuntur argumenta. Etenodatur qualiter di-  
ctio taxatiua non excludat casus similes, nu-  
mer. 6.

An sit aliquis culpa, initiatus prima conse-  
cra, aut minoribus ordinibus, deserto ordi-  
ne matrimonium inire? Refertur duplex sen-  
tentia, nu. 7. & 8.

Licitum est ex causa iusta, quamuis ducant vi-  
duam, & explicatur caput. seriatim disp. 32.  
num. 9.

Non est mortale absq; causa recedere, etiam du-  
cento viduam: & dimitendo beneficium, n. 10.

Id est veniale, nu. 11.

Quando cum vnica, & virgine, etiam absq; cau-  
sa, nulla est culpa, nu. 12.

Licit non solo factu, sed etiam verbo renuncia-  
re ordinibus; deserere minores, nu. 13.

Soluuntur argumenta, nu. 14.

An peccet mortaliter recipiens primam conse-  
cra, aut ordines minores, nu. 15.

ram, aut ordines minores, absque animo vl-  
terius progrediendi? Refertur quadam senten-  
tia, nu. 15.

Propositur sententia Auctoritatis, nu. 16.

Quid, si recipias solo animo declinandu iurisdic-  
tionis secularis? nu. 17.

Resistantur asserentes peccare Episcopos, qui ad  
ordines minores promouent eos, qui vltimus  
progredi non intendunt, nu. 18.

An possit Episcopus petere iuramentum a pue-  
ris, vel parentibus, antequam primam conse-  
cra conferat, num vltimus ascendendi ani-  
mum habeant? nu. 19.

Satisfit argumentis, nu. 20.

**T**riplex est quaestio breuiter  
discutienda. Prima, qualiter ordi-  
nes minores impediāt, aut di-  
rimāt matrimoniu subsquens?  
Secundū. Qualis culpa sit ad matrimonium  
transire? Tertū. Qualis culpa sit ad illos pro-  
moueri absq; animo vltimus ascendendi?

Quaestio prima. An ordines minores im-  
pediāt subsquens matrimoniu? Quidam  
credunt tempore Apostolorum fuisse acco-  
litum incapacem matrimoniu. Ducitur ex  
canone. 27. Apostolorum, ibi. Qui ad cleru  
promouiti sunt, praecipimus vt si voluerint, vxore  
accipiant, sed leuores, & cantores tantummo-  
do. Et in Nouella constitutione Iustitiani,  
collat. 4. sub tit. de nuptijs. §. sed & si quis,  
dicitur ne clericus vltra cantorem, & leu-  
o nē nuptias cōtra here. Et sic Theodor' Balsa-  
moni' in ea verba Cano. 27. Apostolici, ait

ante ordines permissum esse omnibus matrimonio copulari, post ordines autem, solum canonicis, & clericis.

3 Ceteri veritas est, ordines minores nullum prorsus impedimentum matrimonio præstare. Quia nullus est textus id interdicens, ut constabit nu. 6. ex solutione contrariorum. Imò id expressè conceditur. c. si quis eorum. d. 32. quod est ex. 6. Synodo c. 6. & c. si qui verò, eadem. d. quod est ex D. Greg. Pontifice, & c. 1. de cleric. coniug. Et ratio est, quia ordo suapte natura non repugnat matrimonio, sed voti solius annexi causa: (vt probauimus disput. 27. num. 5. & 10.) At Ecclesia solis ordinibus maioribus, qui sacri dicuntur, id castitatis votum annexit, vt constat ex textibus eo. num. 10. allegatis.

4 Imò nec Ecclesia integrum est, ijs qui hæden' ad ordines minores prouecti sunt, continentiam legem indicere: caret enim potestate. Quoniam absq; ea obligatione continentiam sunt promoti. At continentiam precipi nequit, sed tantu' suadent. c. integritas. 32. q. 1. Deinde, quia est obligare ad vitã longè arduior: contra notata. c. gesta. d. 74. Id tandè probat. c. de his. d. 28. quod ex concilio Tolet. 2. desumptu' est, ibi. *Quibus autè voluntas propria interrogacionis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apostolo licentiam auferre non possumus.* Atq; ita docent Turrecr. ibi num. 7. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. ad finem. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 13. q. 4. Posset tamen Ecclesia constituere ne in posteru' ad primam tonsuram, aut ordines minores promoveantur, nisi qui se voto castitatis solemniter astrinxerint, sicut præcepit de ordinibus sacris. Quia non tã Ecclesia matrimonij in eadè potestatem auferret, quam ipsi suo facto ea se ipsos priuare, eligentes sua sponte statum, cui id votum annexum est. Quare textus prædictus accipiendus est de iam ad ordines absq; ea continentia lege promotis. Ita Baldus. l. rescripta. n. 8. C. de precibus imperatori referendis. Turrecr. & Azor eisdem locis. Qui bene addit posse Ecclesiam hætenus initiatis præcipere castitatem, aut vt omni clericorum priuilegio careant. Sicut cap. vnicò, de cleric. coniug. in 6. statuit clericos ducentes vxorem bis, aut viduam, destituti omni priuilegio.

5 Quando autè recipiens ordines minores credebatur illis annexum esse votu' continentia' solene, perinde ac factis: quidã censent illos recipientem eo errore, teneri voto cõ-

continentia' simpliciter ac proinde teneri nõ inire matrimonium, ac si inear, esse validum. Quia cum in animo habuerit factu ipso vouere castitatem, ligabitur vtique voto: at non solemniter, quamuis id intenderit. Quod in nullis potestate situm sit, votum solemnizare, nisi in religionis professione: aut vera ordinis sacri susceptione cap. vnicò, de voto. in 6. Ita sentiunt Ioann. Andr. caput. Ioannes, de cleric. coniug. numer. 17. & ibi Anton. num. 13. Anchar. num. 8. quaest. 2. Cardin. num. 6. q. 1. Amolanu. 14. Gaeta repetitione cap. ad limina. 30. quaest. 1. §. 4. q. 193. numer. 463. Ceterum quauis videam viros grauisimos huius sententia', illis fidem minimè habeo: sed credo hunc nullo voto astringi. Ducor propter doctrinã traditam disp. 27. num. 13. vbi probaui profitentem in religione, quam putabat probatam, cū non esset, teneri voto simpliciter recipientem inualidè ordinem sacrum nullo voto teneri: cū tamen hic quoque factu ipso intederit vouere solemniter. Quia promotus ad ordinem sacrum, non facit per se, & principaliter votum castitatis, sed in consequentiam ordinis sacri, cui Ecclesia illud annexit: ac per consequens vbi principale, nimirum, ordo non tenuit, cū nulla sit voti annexio: nulla confurget obligatio. Sic ergo in casu præsentis, initiatus illis ordinibus minoribus non intendebat per se, & principaliter votum castitatis emittere, sed quatenus existimabat annexu' esse ordinibus minoribus, & in eorū consequentiam: cū igitur nulla sit annexio, nulla consequentia, nullo voto ligatus manebit.

6 Ad argumentum numer. 2. propositum dico, cum Bellarm. in suis controuersijs, lib. 1. de clericis cap. 19. column. 5. §. probatur tertio: & Azor lib. 13. institutionum moralium cap. 13. quaest. 4. sine, dictionem illam taxatiuam non excludere duos alios ordines minores, sed includere. Quia in illis est eadem prorsus ratio: atque est taxatiuè dictionis natura, vt ita excludat extranea, & dissimilia, vt includat omnes casus similes eandem rationem habentes, vt latè multis allegatis probat Euerardus in suis topicis iuris, loco à natura dictionis taxatiuæ, numer. 4. Atque ita Nouellam constitutionem in eodem argumento allatam, explicuit Iulianus antecessor in eadem nouella. 22. nu. 27. clericos vltra leutores dici diaconos, & subdiaconos.

7 **Questio secūda.** An sit aliqua culpa, initia

tos prima tonsura, aut minoribus ordinibus, ab eo ordine retrocedere, maxime bis duendo vxorem, aut non virginem, sed viduã, aut aliã corruptam? Caiet. 2. 2. q. 12. art. 1. dubio. 1. censet esse culpam mortalem, si absq; iusta causa retrocedant, ducentes non virginem, aut binas nuptias contrahentes: ac proinde reddentes se inhabiles propter bigamiam irregularitatem ad exequenda horum ordinum ministeria. Dicitur, qd sit perfecta ab ordine apostasia. Nec id fieri valeat absq; sacramentalium conceptu, sicut nec recedere ab ordine sacro absq; sacramenti contemptu, cū neuter orditerari possit. Sed in ipsius gratiam probatur secundò ex cap. seriatim. d. 32. quod est ex D. Leone Pontifice, ibi: *Hofiaros, Lectores, Exorcistas, Acolitos, si extra votum, & habitum monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint, vxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittantur, non autem viduam, aut repudiatam. Quia propter hoc deinceps ad Subdiaconatum promoueri non poterunt.*

8 Alij autè absolute nulla distinctione præmissa docent nullam esse culpam, iniuriam minoribus ordinibus retrocedere, trãsiedo ad matrimonium. Ducuntur, quòd vtatur iure suo, nec recedat à statu perfecto, sed à statu, qui initium est, & via ad perfectum ordinis statum: sicut nouitatus ad professionem: nec faciat cõtra votu', aut aliquid iuris præceptum. Ita docent Couar. 4. decret. 2. part. cap. 16. §. 3. numer. 3. sine, Toledo lib. 4. summa. c. 18. n. 4. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 14. q. 14. addès non peccare, quauis ducat viduã. Et facit clarè Sylu. verb. apostasia. q. 3. n. 7. vbi ait, clericu' primæ tonsuræ ex parte desertionis illius nullo modo peccare, sed ex sola deserendi intentione: atq; ita solu' peccare, quando bona intentio desideratur.

9 **Prima tamen conclusio sit.** Quando ex iusta causa retrocedit clericus hic, etiam si viduam ducat, nulla est culpa. Hanc probat aperte ratio allata. n. præcedenti. Et si posset videri aliqua inconstãtia venialis, ab ea excusata causa illa iusta. Sicut nouitatus tẽpore probationis retrocedens ex iusta causa, excusatur quidem etiam à culpa veniali inconstãtia. Præterea, quia c. seriatim. d. 32. cuius verba reuolimus nu. 7. non absolute interdicit matrimonium huius cum vidua, sed si velit mortua vxore ad clericatum redire, maioresque ordines ascendere. Quod clarè constat ex ratione, quam subiungit

Et ita interpretatur eū textum Archid. ibi art. Turrecr. ibi art. n. 2. D. Bonaueni. 4. d. 37. initio, in expositione litera. Quare hi Doctores sunt clarè huius sententia: & eam tenet Caietan. summa, verb. apostasia, Azor num. præcedenti allegatus. Aragon. 2. 2. q. 12. art. 1. dubio. 1. Manuel. 2. tomo summa. 2. editio, cap. 7. n. 1. Et faciunt Doctores nu. præcedenti allegati, qui indistinctè excusant à culpa. Et Petrus de Lesina de sacram. vbi de sacram. ordinis, cap. 7. post 3. conclusionem. §. de la primera corona, circa medium, columna 20. fol. 842. vbi indistinctè ait nullam esse culpam retrocedere ab his ordinibus ex iusta causa. Quod idem ait Tabiena verb. apostasia. q. 10. n. 13.

10 **Secunda conclusio.** Non est culpa mortalis eiusmodi retrocessio absq; iusta causa facta, ducendo viduam: aut bis matrimonium in eundo. Quia status, qui his ordinibus continetur, non videtur tãti momenti, quandoquidè licet absque mortali culpa nūquam illius ministeria obire. Præterea, quia his clericis non interdicitur iudicis munus, ac sententiam in causa sanguinis ferre, quo efficiuntur irregulares. Demum hoc aperte probat ratio. n. 8. allata. Et idèd ita tenet Caiet. ibi contrarius, in summa, verb. Apostasia, Valentia. 2. 2. disp. 1. q. 12. puncto. 1. column. 3. Bañes. 2. 2. q. 12. art. 1. pag. 673. §. fit tamen tertia conclusio. Et clarè est huius sententia Angel. verb. Apostasia. n. 2. vbi ait non esse mortale deserere primam tonsuram, licet ex sola libidine status laici deseratur. Nec ex eo efficietur ea culpa mortalis, quòd sic recedès à statu clericali amittat beneficiu', quod possidebat, quia ea amissio nulli est perniciosa, & poterat ille propria sponte illud dimittere. Sic Caiet. ibi, Aragon. Manuel n. præcedenti allegati, Toledo. n. 8. relatus.

11 **Tertia conclusio.** Venialis est culpa, si sine causa iusta recedens à prima tonsura, vel minoribus ordinibus, reddendo se incapacè ad illorū ordinu' munia obeūda, propter bigamiam irregularitatem, vt ducendo nõ virginem, aut bis cõtrahendo nuptias, sicut nouitatus absq; causa retrocedens à religione, obnoxius est culpe veniali. Quòd sit incõstãtia in bono cepto, quam incõstãtia nulla causa excusat, quæ in ea retrocessione inuenitur. Sic Caiet. Bañes. n. præcedenti allegati. Et clarè Tabiena verb. apostasia. q. 10. nu. 13. dicit enim esse culpã absq; iusta causa retrocedere, quauis qualitatè culpæ subijt.



ceat. Et videtur etiā sentire Syl. verb. apostasia. q. 3. n. 7. vbi ait de serationē hanc nō esse culpam ex se, sed ex sola deserendi intentione: atq; ita ait peccare deserentem sine bona intentione. Idem etiā videtur sentire Valentia. n. præcedenti allegatus, solum enim dicit non esse mortale absq; causa iusta recedere. Idem etiā videtur tenere Angelus verb. apostasia. n. 2. vbi solum à culpa mortali excusat retrocessionem hanc, quādo ex sola affectione status laici fit.

12 Quarta conclusio. Nullam credo esse culpam, quando absq; causa fit retrocessio, du cendo vnica, & virginem. Quia non est omnimoda, & perfecta retrocessio, per quā retrocedens constituitur in statu, in quo est incapax exequendi munia illorum ordinū: imò potest illa exequi, atq; frui privilegio duplici clericali: iuxta cap. vnicum, de cleric. coniugatis, in. 6. Sic docet Bañes, num. 10. allegatus, & faciunt Doctores, num. 8. legati absolute docentes retrocessionem hanc vacare culpa. Quāvis Ang. Sylu. Tabiena nu. præcedenti relati, absolute loquatur de retrocessione absq; causa, dum illam damnare videtur.

13 Nec audiendi sunt Abbas. c. tua, in fine, de apostatis: & Angelus verb. apostasia, numer. 3. vbi retrocessionem hanc facto ipso gestam minimè damnat: secus si verbo fiat: per cap. si diligenti, de foro compet. Quod nil ad rem facit: solum enim decidit nō posse clericos privilegio fori cedere: quia in rotius status clericali fauorem est concessum. Item, quia mirum est, fas esse culpam facto ipso clericatum deserere, ac laicorum more vitam traducere: nefas autem, dicere se velle renunciare. Et ideo merito ab eis discedit Sylu. verb. apostasia quæst. 3. nu. 7.

14 Ad argumenta. n. 7. proposita respondetur. Ad primum dic non esse apostasiam ab ordine, qui constituit in statu perfecto, sed in dispositione, & via ad illum, cū facultate retrocedendi: & potest vtiq; esse, & quotidie fit absq; ordinis contemptu. Ad textum constat ex dictis, num. 9. vbi illum explicui. Ad argumentum, numer. 8. propositum, quatenus probat nunquam esse culpam venialem, eam retrocessionem absque causa factam, dic eam rationem probare non esse culpam ex se, ac ex parte deserentis horum ordinum: ac potest inueniri culpa venialis leuitatis, & inconstantie in bono incepto: vt nu. 11. explicui: & dixit bene Sylu. ibi. allegatus.

15 Quæstio vltima. Qualiter peccet recipiens primā tonsuram, aut ordines minores, sine animo vterius ascendendi? Bañes. 2. 2. q. 12. ar. 1. pag. 674. §. fit vltima conclusio: & multi ex discipulis. D. Thomæ censent esse culpā mortale. Et quāvis Bañes ibi videatur non ita absolute tradere eā sententiam, ait enim esse culpā mortale, suscipere minores ordines cū animo retrocedendi ab illis, ea sola intentione vt interim gaudeat suscipiens priuilegijs clericibus: at cōsuetudine sequenti. §. sed est argumentū, clarè sentit esse mortale recipere animo solo retrocedēdi. Ducitur, quoniam nouitius tenetur bona fide religionē ingredi, vt experiat in sibi conueniens sit: & delinqueret lethaliter, ingre diens animo retrocedendi. Quia Ecclesiastica iura concedunt initiatis ordinibus minoribus facultatem retrocedendi, non tamen vt possint animo retrocedendi suscipere. Sicut etiam contingit in nouitio.

Prima tamen conclusio fit. Qui iniatur prima tonsura, aut ordinibus minoribus, nō tenetur animum ad sacros ordines ascendēdi habere: quare absq; ea intentione potest illis insigniri. Probat, quia nullo iure talis intentio petitur in initiādo: nec Tridentinum sess. 23. de refor. c. 4. vbi cōditiones initiādi his ordinibus explicuit, huius meminit. Deinde, q̄ Episcopus dispensare potest cū legitimo ad ordines minores. c. 1. de filijs presbyt. in 6. qui tamē ad ordines sacros ascendere nequit, propter irregularitatem. Sic docent Nau. sum. Latina. c. 25. n. 108. & hispana. c. 28. additione. 2. ad nu. 108. c. 25. Aragon. 2. 2. q. 12. art. 1. dubio. 1. Petrus de Ledes. de sacram. vbi de sacram. et ordinis. c. 7. post tertiam conclus. §. De la primera corona, col. 20. fol. 842. Manuel. 2. tomo summa. 2. editione c. 17. nu. 2. conclus. 2. Vega 2. tomo summa cap. 57. casu. 11. Quare si haberet animum retrocedendi determinatū, iudicanda esset ea voluntas, sicut & ipsa retrocessio: & sicut retrocessio nunquā est culpa mortalis: (vt probaui nu. 10.) sed aliquando venialis, & aliquando nulla, iuxta tradita. n. 9. 11. & 12. Ita etiā ipsa voluntas culpa afficietur, aut illa vacabit. Non enim voluntas aliquid faciendi peior est ipso facto: imò ab ipso malitiam, aut bonitatem accipit. Nec obstat solutio, quā tradit Bañes, nimirum, id verum esse, vbi eadē circumstantia concurrunt in voluntate, & in facto, vt contingit in nouitio, qui non peccat resiliens, at reus esset culpæ mortalis, eo animo ingre diens. Sed hoc nō obstat: quia

17 teneretur probare malitiam specialem inueniri in volitione hac, quæ in ipso factu non reperitur. Cuius contrarium probauimus: cum nullo iure talis intentio permanendi in ordinum ministerio, & ad vteriores ascendendi petatur. Nec est fletio de nouitio, vt num. 20. probabimus, ostensa differentia ratione. Si autem suscipiens ordines minores anceps sit an vterius progredietur, an potius resiliat: nullo modo peccat. Sicut nec religionem eo animo dubio ingrediens. Annus enim nouitatus iure præscriptus, ad id conceditur, vt nouitius experiat, firmetq; permanendi voluntatem, aut resiliat.

Secunda conclusio. Si ordines minores, aut primam tonsuram accipiens, solum intendat declinare iurisdictionem fori secularis, nonnulla culpa est. Quod deficit reat intentio ordinis suscipiendi. Imò eam esse mortalem existimant Petrus de Ledesma, Aragon, Manuel citati numer. præcedenti. Bañes relaxas numer. 15. Ducuntur, quòd hic decipiat Ecclesiam in re graui. Et Episcopus illius intentionis cōfiscus non possit eum absq; peccato mortali ad ordines admittere. Contrauertere enim iusto Tridentini præcepto, sess. 23. c. 4. de reformatione. Quare Victoria summa, de sacram. ordinis num. 240. dicit Episcopum initiatem primam tonsuram, quem nouit resista intentione inseruendi choro carere, peccare plus quā venialiter. At non video culpā mortale. Quia nec finis est mortalis, nec debiti finis peruersio culpā mortalem inducit: maxime in his ordinibus, quos nō esse sacramenta, nec gratiā conferre, est probabilissimū. Nec Tridentinū aliquā ipsis initiationis in hac obligationē imponit. Quare mitius loquutus est Nauar. c. quando, latine c. 7. nu. 15. vbi tūc agnoscat peccatum mortale in suscipiente ordines minores, quādo intentio mortalis est, nimirum, vt ordines

18 sint sibi quasi occasio, & anfa liberè iniurias vlciscendi, alioq; offendendi, absq; iudicij secularis timore subeundi.

Hinc deducitur contra Bartholomeū 18 Ledesma. de sacra. ordinis. dubio. 5. conel. 2. nō peccare Episcopū conferentē ordines minores, aut primā tonsurā ei, qui nō habet intentionē vterius ascendēdi. Quia nullo iure id sibi interdicitur, nec Trid. sess. 23. c. 4. de reformatione. & cap. nullus, de tempor. ordin. in. 6. quibus ipse innititur, id probat. Nam Tridentinum eam intentionem in promouendo nō petit, & c. nullus, solū deciditur minores ordines non esse conferendos cōiugatis, nisi ad ordines sacros, aut religionē ascendere velint, casu quo eū ascensum iura permittunt. Vnde potius inde sumitur argumento deducto à contrario sensu, eam intentionem in solutis minimè desiderari. Præterea, quia. c. 1. de filijs presbyt. in. 6. c. 6. dicitur Episcopo, vt ex dispensatione promoueat illegitimum ad ordines minores: quem tamen constat nec posse ad superiores ascendere.

19 Verum laude digni sunt Episcopi, qui primam tonsurā conferre nolunt pueris, nisi ipsi si adulti sint, allas eius parentes, iurent bona intentione ascendēdi postea ad ordines sacros, se velle ordines minores, aut primā tonsuram. Quia sic adest bona intentio in ordines suscipiendi: & non auferitur retrocedendi libertas. Ita Nauar. c. quando, latine c. 7. n. 16. & c. si quando, de rescript. exceptione. 13. nu. 7.

20 Ad argumentum, nu. 15. propositum respondetur disparem esse rationem. Quia nouitius decipit in re graui religionem, à qua alimenta accipit, & cuius secreta, & institutum ipsi pandatur, nec potest admitti, nisi cum animo, quantum in se est, perseverandi. Quæ in initiato minoribus ordinibus non procedunt.

## DISPUTATIO TRIGESIMASECVNDA.

An sola coniugis licentia sufficiat ad professionem alterius coniugis post matrimonium consummatum, an potius vtriusq; professio desideretur, aut saltem votum continentie manentis in seculo?

## SUMMARIUM.

Q Vid exigitur, vt matrimonium consummato alter coniugum ad religionem tran-

1 scatur? Refertur quedam sententia, nu. 1.

Propositur vera sententia, nu. 2.

An sit necessaria licentia Episcopi? & expli-